



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCCVI. De Vastatione territorii Salsenike.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

dator magnus hujus occultæ traditionis nescius cum multis fratribus & V. millibus pugnatorum profectus est, & dum appropinquaret Castro Garthe, de exploratoribus Regis virum unum senem ceperunt, qui ut mortem evaderet, præmunivit fratres in hunc modum afferens, quod Rex cum magna potentia exercitus sui castra metatus esset circa Gartham, & sic ordinasset quod dum fratres cum media parte Exercitus sui transvissent fluvium Memelæ, ipse cum suis deberet irruere, & ipsos trucidare, & postea aliam partem sequi. Quo audito fratres DEO, qui eos sic misericorditer à tam gravi periculo liberavit, gratias referenter in colums ad propria sunt reversi.

## CAP. CCCVI.

*De**Vastatione territorii Salsenike.*

**E**odem anno idem frater Henricus Commandator Magnus & CL. fratres cum valido Exercitu & duobus millibus peditum direxerunt viam suam versus Lethoviam & territorium dictum Salnesikam ubi nunquam visus fuit Exercitus Christianorum, & dum appropinquarent Castro Garthe, ceperunt IV. viros exploratores Regis, & occisis tribus IV. interrogatus, dixit: quod de adventu fratrum nullus in terrâ Lethoviæ sciret & ad maiorem securitatem addidit, quod eod. die quinquaginta viri essent venturi, qui pro venatione debebant facere indagines Regi suo quos cum fratres interfecissent transiverunt Memelam & relictis circa naves & sarcinos XII. fratribus & duobus millibus peditum intraverunt dictum territorium in die (2) Pooressi & Martiniani vastantes undique per incendium & rapinam & exultis etiam tribus Castris ibi pernoctabant, secuti præter occisos quorum numerum novit Deus solus, fratres cum maxima præda & septingentis captis hominibus recesserunt.

Aaa 3

ANI



## ANIMADVERSIO.

(a) Scriykovsky tantum legit: in die Martiniani.

## CAP. CCCVII.

De

*Fratre Karolo Mag. Generali & terræ  
Prussiae An. Dn. MCCCXII.*

Fater Karolus (a) de Treveris Magister Generalis XIII. terra autem (b) Pruschiæ Mag. XIX. præfuit ferè annis XIII. Hic (c) vocatus à sanctissimo Patre ac Domino Joanne XXII. Papa, stetit cum multis fratribus in curia Romana per annum, & multa Ordinis ardua expedivit. Lingvam Italicam novit sicut propriam, sine interprede loquebatur coram Papa & Cardinalibus; adeò affabilis & facundus fuit, quod etiam inimici ejus delectabantur eum audire. Infirmatus fuit in Curia Romana & adeò debilitatus, quod licet adhuc Juvenis esset, reversus ad Almanniam post paucos annos in ciuitate Treverensi apud fratres suos mortuus & sepultus est.

## ANIMADVERSIONES

(a) Simon Grunovius hunc Karolum appellat Bosphorum, ipsumque genus à Romanis ab Antonino Caracalla expulsis duxisse refert. *Tract. XI. cap. V.* qua verò fide hoc afferat, ipse vident.

(b) Hæc ita sunt intelligenda. Numerat Dusburgius à Primo Hermano de Balken usque ad ultimum Henricum de Plozke septendecim (quamvis plures numerari possint, ut ex supra notis constat) Magistros Pruschiæ Provinciales, quos ille Magistros simpliciter sine ullo addito appellat. Cum verò Sigfridus de Feuchtwangen in Prussiam sedem suam transferens Henricum de Plozke ex Magistro, Commendatorem magnum creasset, sine dubio Sigfridum hunc decimum octavum, & ipsius successorem Carolum de Treviris XIX. Magistros Pruscia nominat. Hæc itaque clara sunt. Sed illud dubium movet, quod Nobiliss. Dn. Gottofredus Zame-

lius